copiam sigillatã Ministerialis Regni Generalis Providus Stanis
laus Nalevayko recognovit se ab una integra ante terminum præsẽ
tem septimana in bonis citati propriis, posuisse et publicasse memora
tus actor supra scriptum citatum ad Judicium præsens Castrense
Capitanẽ Branscen: per ministerialem Regni Generalem Nobi
lem Benedictum Proszenski Juridice clamatum et non compa
rentem in Lucro pœnarum legum videlicet infamiæ ex uges
tu ordine admittentes Judicio præsenti Judicialiter condem
navit in vim autem condemnationis eiusmodi Judicium præ
sens Castrense Capitaneale Branscen: visa et considerata
citati clamati et non comparentis contumacia et temeritate
Juri communi et partis actoreæ affectioni contentisq citationis inhærendo
super ipso citato et bonis eius omnibus pœnam infamiæ de
cernit ipsumq citatum iam ex nunc infamem et de regno Po
loniæ dominiisq eidem annexis proscriptum esse pronunciat et ad publicanã
eandem pœnam infamiæ Ministerialẽ Regni Generalẽ Nobi
lem Benedictum Proszenski addit et deputat decreti præsentis
vigore

ZAWADY BANNIT

Super citationem literalem Castren: Capitanẽ Branscen: tenoris
talis Franciscus Joannes in Utoczow Lesnowolski Branscensis
etc Capitan: Vobis Nobilibus Legenæ relictæ olim Thomæ Za
wadzki Annæ consorti Nobilis Alberti Niwinski Catherinæ con
sorti Nobilis Petri Skrzypkowski olim eiusdem Thomæ Za
wadzki de Zawadi Niwino heredibus præsertim Maritatis
cum maritorum vestrorum assistentia de personis bonisq ves
tris omnibus vigore Regio et nostra Capitaneali authori
tate mandamus ut in Judiciis vigore constitutionis Anni Mil
lesimi Sexcentesimi vigesimi primi de expeditione seu moti
one Generali Bellica sancitæ nunc vero per modum

Terminorum Querellarum in Conventu generali Varsaviensi nuper praesentis reassumptionis Feria secunda post datam praesentis citationis proxime in Curia Regia Branscensi celebrandi personaliter et peremptorie compareatis Ad Instantiam Instigatoris Judicij nostri et ipsius delatoris Nobilium Andreae et Laurentij Zawadzkieci olim Bartholomei de Zawady heredum qui vos ad banniendum et de regno Poloniae dominijsque eiusdem proscribendum inhaerendo praefatae citationi de expedita moderna bellica sancitae per vim termini tacti citant peremptorie ideo quia pro ducis perducus ac toza super in praesentia Judicij praesentis in causa vobis instituta ideo quia vos non metuendo penas legibus et constitutionibus Regni de expeditione Generali Bellica sancitae Sumptum et impensas ac stipendia ad manus actoris quij suo sumptu et impensis evadendo rigorem Juris pro suo et vestro interesse contra Kozacos et alias multas scithiarum catervas expediverunt de bonis vestris per vos possessis in hereditate Zawady sititis dare non voltis neque curatis dare censatis fecisti perquod in penam banitionis incurristis ad quam super vobis et bonis vestris omnibus decernendam et per ministerialem publicanda Citamini Judicialiter sitis terminum attentaturi et responsuri datum in Curia Regia Branscensi Feria sexta in crastino festi Sanctae Margarethae Virginis et Martyris proxima Anno domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo primo Cuius quidem citationis supra insertae copiam sigillatam Ministerialis Regni Generalis Nobilis Benedictus Prosenski recognovit se ab una integra ante terminum praesentem septimana in bonis citatis proprijs posuisse et publicasse memorata pars actorea supra scriptam partem citatam ad Judicium praesens Castro Capitaneale Branscensi per Ministerialem Regni Generalem Nobilem Benedictum Prosenski Juridice clamatam et non comparentem in pena Banitionis ex regestri ordine admittenteque Judicio praesenti Judicialiter condemnavit Inrum autem

eandem rationis eiusmodi Iudicium praesens Castren. Capitaneale Bran
scense visa et considerata citati clamati et noncomparentes contuma
tia et temeritate Iuri communi et partis actoreae affectationi conten
tisq. citationis inhaerendo super ipsos citatos et bonis eius omnibus poenam
banitionis decernit ipsosq. citatos iam ex nunc bannitos et de re
gno Poloniae dominiisq. eidem annexis esse pronunciat et ad publicandam
eandem Poenam Banitionis Ministeriales Regni Generales addit et
deputat decreti praesentis vigore scribatur et publico inscribendum

IAKUBOWSCY INFAMES

Super citationem literalem Castren. Capitan. Branscensem
tenoris talis Franciscus Joannes In Ktoczow Lesnovolski Bran
scensis etc Capitaneus Vobis Nobilibus Martino olim Thomae
Jakubowski et Catherinae coniugi suae necnon Sebestiano olim
eiusdem Thomae Jakubowski atq. Gregorio olim Joannis Ja
kubowski mutuis facti cooperatoribus de Wrzeciene et Jaku
bowskie heredibus et omnibus bonis vestris vigore Regio et nos
tra Capitaneali authoritate mandamus ut in terminis Iudicia
libus simul et querelarum ac causarum officy Capitanealis
Castren. in Curia Regia Branscen. Feria secunda post datam
praesentis citationis proximius celebrand. personaliter et pe
remptoriae compareatis ad Instantiam Instigatoris Iudicy nostri
et ipsius delatoris Floresti Mathiae olim Thomae Laskowski in Wrze
ciene heredis actoris qui vos citat secundo post obtentam poenam
contumatiae in qua vos in praeteritis Iudicialibus terminis Iudi
cialiter condemnavit iuxta suam primam citationem originatam
qua vos citaverat et nunc citat Ideo quia vos in contemptu
legum publicarum securitatisq. et tranquillitatis publicae ha
bita mutua inter se contelligentia et conspiratione Feria
sexta proxime praeterita ebry et temulenti nulla habita ra
tione feriae sextae qua summa abstinentia a Christianis observari